UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Prima: est preemine[n]tia virtuose p[er]fect[i]onis. cu[m]. d[...]. Qui [...]cerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

ſꝫ ꝑ q̄litare audictiū planꝰ erat. Ardebāt eiꝰ ꝟba ⁊ in audictiū cordibꝫ cōpunctiōeꝫ ingerebāt ⁊ diuinū amorē accendebāt. Jō de eo exponi pōt illud ioſue.x. Stetit ſol in medio celi.i.in medio eccl'ie militantis ſol inqꝫ nō ſolū illuminās ſꝫ ⁊ calefaciēs.j. Reg.xj. Erit vob̄ ſalus cū ſol incaluerit.

Tertō declaratiua deſcri

ptiōe: qꝛ plurimos ei libros deſcripſit q̄bꝫ ꝑmaxime illuſtraꝶ eccl'ia. Sap.vij. Inextinguibile eſt lumē illius. Prouerb.xxxj. Nō extingueꝶ in nocte lucerna eiꝰ. Recte ergo diciꝶ lux mundi.

Tertio illūinauit mūdū lumine miraculoſe opatiōis. pſ. Illuxerūt coruſcatiōes tue orbiterre. Fuerūt āt opatiōes miraculoſe ꝑfectionē ſue ſcītatis declarātes p̄cipue in triplici differētia

Prima: eſt mirabiliū apparitionū.
Scd̄a: eſt plurium ſuſcitationū.
Tertia: ē multipliciū ſubuētionū.

Prima eſt mirabiliū ap‑

paritionū. Anno em̄ ſui trāſitꝰ cū in lecto iaceret infirmus ſemel duobꝫ alijs videntibus apparuit ſtella magna atqꝫ clariſſima q̄ ꝑ feneſtrā introiuit ⁊ ſup lectū infirmi circa caput eius ſtetit ꝑ aliquā morās tpis: atqꝫ poſt paululū diſceſſit. Itē hora trāſitus ſui monachꝰ ciſtercienſis in monaſterio foſſe noue (in q̄ glīoſus thomas deceſſit) in eccl'ia obdormiēs orando vidit ſtellā ſplendidiſſimā ſup̄ monaſteriuꝫ cadere: duaſqꝫ ſtellas alias de celo deſcēdētes eiuſdē fulgoris cū p̄ma pꝰ paululū primā ſtellā ad celeſtia ſubleuare. Poſtquā viſionē monachus a ſopore ſolutꝰ audiuit pulſare ſignū obitꝰ ſcti doctoꝝ. Itē tribꝰ diebꝫ an̄ eius obitū apparuit ſtella ad modū comete q̄ etiā aliqn̄ de die videbaꝶ q̄ btō thoma deficiēte defecit. Itē reuelatus fuit eius deceſſus fratri paulo de aq̄la in cōuentu neapolitano. Iteꝫ fratri alberto ep̄o apud coloniā in mēſa diſcūbēti. Itē cū poſt eius ſepulturā pluries facta ſit ſui corporis trāſlatio ſp̄ ex eius ſepulcro tāta odoris ſuauitas emanabat vt videreꝶ aromatū apotheca. ac etiā elapſo iam ſeptēnio tā corpus eius qꝫ veſtimēta integra viſa ſūt niſi qd̄ modicū deerat in ſūmitate pollicis. Erat q̄ppe illa odoris fragrantia ꝓfiguratio ſuauiſſimi odoris q̄ in corporibꝫ glificatꝫ erit. Vn̄ cātat eccl'ia Sancti tui dn̄e florebūt ſicut liliū ⁊ ſicut odor balſami erunt ante te.

Secūda eſt differētia plu

riū ſuſcitationū. Cū em̄ q̄dā dn̄a partum mortuū eieciſſet mꝶ puerpere deuote orauit beatū thomā ⁊ apparuit puer rediuiuus. Itē in ꝓuincia lombardie ſupioris meritis eius ſuſcitata eſt mulier q̄dā defūcta. Pſ. Mirabil' deꝰ in ſctis ſuis.

Tertia eſt differētia mul‑

tipliciū ſubuētionū: qꝛ vicꝫ multis ſubuenit multos cecos illuminādo plurimoſqꝫ a diuerſis p̄iculis morbis ⁊ doloribꝫ liberādo. Pſ. Scitote qm̄ dn̄s ſctm̄ ſuū mirificauit. Ex dictꝫ itaqꝫ ptꝫ qm̄ btūs thomas recte dici pt lux mūdi qꝛ multipliciꝶ mūdū illūinauit. Ad hāc igiꝶ lucē oculos mētis erigamꝰ vt radijs eiꝰ illuſtrari lumine grē ⁊ tādē lumine glīe mereamur. Amen.

Ser. De btō Gregorio papa.

Qui fecerit

⁊ docuerit hic magnꝰ vocabiꝶ in regno celoꝝ. Matth v. Recte magnꝰ dꝶ i regno celoꝝ q̄ fecerit ⁊ docuerit: qꝛ talis mgrm ꝑfectōis inſeq̄tur: de q̄ dꝶ Act.j. qꝛ cepit facere ⁊ docere Sic aūt di. ip̄e ſaluator Lu.vj. Perfectꝰ oīs erit ſi ſit ſic mgꝶ eiꝰ. Talis aūt fuit btūs Gre. Jō recte d̄ ip̄o dicimꝰ. Qui fecerit ⁊ docuerit h̄ ⁊c̄. In quibꝫ ꝟb̄ tāgūꝶ tres eius preeminentie.

Prima: eſt preeminētia virtuoſe ꝑfectōnis. cū dꝶ. Qui fecerit.
Scd̄a: eſt preeminētia luminoſe inſtructiōis. cū diciꝶ. ⁊ docuerit.
Tertia: eſt preeminētia glīoſe retributionis. cū dꝶ: hic magnꝰ ⁊c̄.

Prima eſt p̄eminētia virtuoſe ꝑfectōis. Fuit em̄ vir ſctiſſimus atqꝫ ꝑfectiſſimus. Eccl. xliiij. Inuētus eſt perfectꝰ. Hāc aūt ꝑfectionē glorioſi gregorij fecerūt p̄cipue tres eiꝰ virtuoſe conditiones.

Prima: ē ꝓprie reputatōis hūilitas.
Scd̄a: ē multifarie miſeratōis benignitaꝶ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertia: ē eximie deuotiōis ſublimitas.

Prima igitur eſt ꝓpe re-
putatōis hūilitas. Et hec eſt fūdamētuꝫ
pfectiōis ſpūalis. Jō dr Aug⁹. de ꝟbis
dñi. Magnā fabricā vis ꝯſtruere celſitu-
dinis: ꝑus de fundamēto cogita hūilitatꝭ.
Idē. Dū mēs hūana hūilitati innitit̄: ꝑ-
fecto ipa in amore celeſtiū inflāmat̄. Ap-
paruit autē magna gregorij hūilitas pci-
pue triplicit̄. ¶ Primo in pontificali ſub-
limatiōe. Eius em̄ electio fuit inuita ex p-
te ſui: ꝛ iō fugit ꝛ ſe abſcōdit. Ex parte tñ
populi fuit volūtaria: qꝛ oēs vnanimiter
eū elegerūt. Ex parte aūt dei fuit miraclo-
ſa qꝛ cū latitare vellet indicio colūne ma-
nifeſtat⁹ eſt Heb. v. Nec quiſq̄ ſumat ſi-
bi honorē ſꝫ q̄ vocat̄ a deo. Heu heu non
ſic faciūt moderni. Ber. in ep̄la ad henri-
cū ſenoñ. archiep̄m. Currit̄ in cleꝝ paſſim
ab omni etate ꝛ ordine a doctis pariter et
indoctis ad ecclaſticas curas. Tāq̄ ſine
curis iā q̄ſq̄ victur⁹ ſit cū ad curas ꝑue-
nerit. Ibidē. O infinita ſꝑ ambitio ꝛ inſa-
tiabilis auaricia. Ibidē. Meditantibus
honores blādiūtur: ſꝫ onera penſantibꝫ te-
dio ſūt atq̄ formidini. Nō aūt capiūt ver-
bū iſtud. Mlti em̄ nō tāta alacritate cur-
rerēt ad honores ſi etiā ſentirēt et onera.
Hec ille. Nūc ꝑfecto nō charitas ſꝫ ambi-
tio regnat. Ambitio aūt: (vt dicit petrus
bleſenſis) eſt q̄dā ſimia charitatꝭ. Chari-
tas patiēs ē ꝓ eternis: ambitio patit̄ oīa
ꝓ caducis. Charitas benigna ē pauperi-
b⁹: ambitio diuitibꝫ. Charitas oīa ſuffert
ꝓ veritate: ambitio ꝓ vanitate: oīa credit
oīa ſperat ſꝫ lōge diſſimili modo. Hec ad
gloriā huī⁹ ſꝫ illa ad glāꝫ ſine fine. ¶ Se-
cūdo apparuit hūilitas gregorij in reue-
rētiali exhibitiōe. Cū em̄ q̄daꝫ heremita
vellet ſibi reuerētiā exhibere: ipe ꝑus ſe i
terrā ꝓſtrauit. Ro. xij. Honore inuicē ꝑ-
ueniētes. Et Lu. xxij. Qui maior eſt vr̄m
fiat ſicut minor. ¶ Tertio in litterali de-
ſcriptiōe. Vñ mauricio iperatori q̄ eū ꝑ-
ſeq̄bat̄ ſic ſcripſit. Qꝛ ei pctōr ſum: credo
ꝙ oiporētē deū tāto vobis ampli⁹ placa-
tis: q̄nto ſibi male ſeruiētē affligitꝭ. Item
ꝑm⁹ in litteris ſuis ſe ſeruū ſuoꝝ dei ap-
pellauit. Suā etiā doctrinā vilē reputa-
bat. Vñ dr in ep̄la ad innocentiū africe
pfectū. Si delicioſo cupitis pabulo ſagi-
nari bti auguſtini opuſcl̄a legite: ꝛ ad ꝯpa-
tionē illi⁹ ſimilaginis nr̄m furfurē nō qra-
tis. Pꝫ itaq̄ ꝙ hūillim⁹ fuit gregorius.
Vñ ꝛ ipe dr. Qui ceteras ꝟtutes ſine hūi-
litate ꝯgregat q̄ſi q̄ puluerē i vētū portat

Secūda virtuoſa cōditio
eſt multifarie miſatōis benignitas. To-
bie. iiij. Quomō potueris eſto miſericors
Btūs gregori⁹ ꝙuis mlt̄is diuitijs abū-
dauerit oia tñ pauperib⁹ erogauit. Pro-
uer. xiij. Eſt q̄ſi diues cū nihil habeat: et
eſt q̄ſi pauꝑ cū in multꝭ diuitijs ſit. Vnō
btūs gregori⁹ ſex monaſteria in ſicilia cō-
ſtruxit ꝛ ſeptimū intra menia vrbis i ho-
nore bti andree in ꝓpo domate fundauit.
Itē indigētiū noia ſcripta habuit ꝛ eis ne-
ceſſaria miniſtrabat: q̄tidie etiā duodecim
pauperes ſecū in menſa hēbat. Job. xxix.
Pr̄ erā pauperꝫ. Itē tribꝫ millibꝫ ancill̄ di
ꝓ q̄tidianis ſuſpendijs. lxxx. auri pōdera
ānuatim offerebat. Jō cuidā heremite a
deo petēti q̄lē glāꝫ in celis hrēt q̄ oia ꝓpt
deū reliq̄rat: reuelatū eſt ꝙ eq̄lē glāꝫ hrēt
cū btō gregorio q̄ diuitias nō amādo ſed
paupibꝫ erogando poſſidebat. Luc. xviij.
Da paupibꝫ ꝛ habebis theſaurū in celo.

Tertia virtuoſa cōditio ē
eximie deuotiōis ſublimitas. Erat em̄ de-
uotiſſim⁹ ꝛ iugit̄ ꝯtēplatiōi vacans atq̄
circa dīna vigilātiſſim⁹. Eccl. xxiiij. Qui
mane vigilauerit ad me inueniēt me. Vñ
meruit chr̄m in peregrini ſpe ꝛ viſibili car-
ne videre. Meruit etiā videre ſp̄m ſcm̄ in
ſpe colūbe ſuꝑ caput ſuū manētē. Meruit
videre btām ꝟginē int̄ choros āgeloꝝ iu-
bilātiū: ꝛ cātātiū. Regina celi letare ꝛc. et
ſibi ꝓpitiā in peſtis ꝯpulſatōe q̄n aīa ima-
ginē ꝟginis turbulētia aeris fugit. Me-
ruit videre āgelos orōnes ſuas deo offe-
rētes: ſic audiuit ab angelo quē in forma
ꝑegrini ſuſcepit ꝛ paupis dicētꝭ. Ego an-
gelus dei ſum ꝛ dñs miſit me ad te vt te-
ꝓtegām ꝛ orōes tuas deo offerā. Itē ex de-
uotiōe ſua orando ſic dei miſericordiā in-
clinauit ꝙ traianū ab eterna pena reuoca-
uit. Geñ. xxxij. Si ꝯtra deū fortis fuiſti.
ꝛc. Itē cū ꝓ peſte oraret irā dī placauit: ꝛ
vidit angelū gladiū cruentatū tergentem
et reponētem. Patꝫ itaq̄ ex his efficacia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtie deuotiõis. Lu.xj. Petite ꝛ dabit vo-
bis: q̃rite (.ſ. ꝑ ſanctã affectionẽ) ꝛ inuenie-
tis: pulſate (.ſ. ꝑſeuerãdo in orone) ꝛ apiet
vob. Ex hac aut deuotiõe adq̃ſiuit btũs
grego. ꝑfectionẽ copioſaꝫ: q2 ſic dr̃ Lu.xj
Pr̃ celeſtꝫ dabit ſpũm bonũ petẽtib9 ſe.

Scõa ẽ ꝑeminẽtia lũinoſe iſtructõis
Eccl.l. Quaſi ſol refulgẽs: ſic ille ef-
fulſit in tẽplo dei. Docuit aũt glo-
ſus gregori9 triplici doctrina.
Prima: ẽ doctrina realis exẽplatõis.
Scõa: eſt ꝟbal' ꝑdicatiõis.
Tertia: eſt lr̃alis deſcriptiõis.

Prima ẽ doctrina realis

exẽplatiõis q2 inſtar dñi cepit facere ꝛ do
cere vt dr̃ Act.j. Erat ꝑfecto ſemꝑ ꝟtuo
ſis opib9 occupat9 aut legẽdo aut ſcriben
do aut dictãdo: aut orãdo: aut docendo.
Jdõ exẽplũ ꝑbuit ꝑfecte ſctitatis i bonis
opib9. Fuit ꝛ exẽplar vere patie. Languo
res em̃ ↄtinuos ſꝑ hẽbat q̃s tñ patiẽtiſſi-
me tolerabat: nec ꝑ eis aſſuetos ꝛ vtiles
labores omittebat. Cũ em̃ oraſſet ꝑ traia
no: angel9 dixit ei. Qr ꝑ damnato roga-
ſti: duoꝝ tibi dat optio. Aut i purgatorio
duob9 dieb9 cruciaberis: aut omni tꝑe vi-
te tue dolorib9 ꝛ infirmitatib9 affligeris:
q̃ ꝑelegit toto vite hui9 tꝑe infirmitatib9
vexari: q̃s patientiſſime portabat. Ja.j.
Patiẽtia op9 ꝑfectũ habet. Beat9 itaq3
gregori9 efficaciſſime docuit ꝑ exẽplum
operis. Bern. Sermo viuus ꝛ efficax ex
emplũ ẽ opis: facile faciẽs ſuaſibile quod
dicit dũ monſtrat factibile qđ ſuadet.

Secũda eſt doctrina ver-

balis ꝑdicatiõis: ꝑ quã iſtruxit ppl'm ver
bis ignitꝫ ꝛ diuinũ amorẽ redolẽtib9. Jo.
v. Jlle erat lucerna ardẽs ꝛ lucẽs.

Tertia eſt doctrina litte-

ralis deſcriptionis. Totũ em̃ officiũ ecc̃e
ordinauit. Quadraginta homelias ſuꝑ
euãgelia ſcripſit. Dialogũ exemploꝝ: li-
bros moraliũ ſuꝑ iob. expõnẽ ſuꝑ ezechie
l em: ꝛ paſtorale ꝑ regimine dñici gregis
ↄſcripſit. Dañ.xij Qui ad iuſticiam eru-
diunt multos: erunt quaſi ſtelle in perpe
tuas eternitates. Et profecto ſanctitatis
ſue excellentia apparere põt ex cõditione
ſcripturaꝝ ſuaruꝫ: vt patet diligenter in-
tuenti.

Tertia eſt ꝑeminẽtia glioſe retribu-
tionis q2 ipſe eſt magn9 in regno ce
loꝝ. Jo.xij. Siquis mihi miniſtra
uerit: honorificabit eũ pr̃ me9: q̃ ꝛ q̃ am-
pli9 dño miniſtrauerit: ampli9 eũ honori
ficat pater celeſtis. Nõ dubiũ igitur quin
beatus gregori9 q̃ tã deuote tã ſancte tã
diligẽt' dño miniſtrauit, magn9 ſit i regno
celoꝝ. Hec autẽ poſſumus declarare tri-
plici teſtimonio.
Primũ: ẽ teſtimoniũ ãgelice obſecutõis
Scõm: ẽ heremitice reuelatõis
Tertiũ: ẽ mirifice apparitõis.

Primũ ẽ teſtimoniũ an-

gelice obſecutionis. Cũ em̃ in die paſche
apud ſcrãm mariã maiorem miſſam cele-
braret ꝛ pax dñi: ꝓnũciaret: angelus alta
voce reſpõdit. Et cũ ſpũ tuo. O vere hũc
angelicũ viꝝ quẽ angeli comitabãt ꝛ ſibi
obſequebãt. Vñ papa ſingulis annis illa
die celebrat in illa ecclia. Et cũ dic. Pax
dñi: ſibi minime rñdet in hui9 miracli te-
ſtimoniũ. Ber. Suos ſiqdẽ diligũt cõci-
ues ſupne pr̃ates ꝛ ꝑ his q̃ hereditatẽ ca
piunt ſalutis ſolicite cõgaudẽt ↄfortant:
inſtruũt: ꝓtegũt: ꝓuidentq3 in omib9. Hec
ille. Aſſiſtebãt igit' angeli ſctiſſimo grego
rio tãq3 ei q̃ futur9 erat cõciuis eoꝝ ma-
gnus in regno celoꝝ.

Scõm eſt teſtimoniũ he-

remitice reuelatõis: q2 ſicut ſuꝑ dictuꝫ eſt
reuelatũ fuit heremite q̃' vir erat magne
ſctitatꝫ ꝛ oĩa pro deo reliquerat q2 equa-
lis eſſet in gloria.

Tertiũ ẽ teſtimoniũ miri-

fice apparitõis: cuiuſmodi fuit apparitio
colũbe ſuꝑ caput ei9 quã frequẽtiſſime ꝑ
ſpexit petr9 diacon9 eius familiariſſimus
Sunt ꝛ multe alie apparitões q̃s iaꝫ h
a liq̃s poſuim9. Hic ẽ igit' ſctiſſim9 papa
gregori9 q̃ mirãda virtutum opa fecit ac
multipliciť docuit ꝛ nũc magn9 ẽ i regno
celoꝝ. Juxta ꝟba paſſũpta. Doctrinã g̃
ei9 ſtudeam9 ſeq̃ mores ſcõs atq3 vitã imi
tari: quatin9 ſue interceſſiõis ſuffragio in
ꝑſenti grãm ꝛ in futuro regni celorũ glo-
riã cõſequamur. Amen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN